Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

ad principem: in via da operam liberari ab illo. ne forte trahat te ad iudicem. et iudex tradat te exactori. et actor mittat te in carcerem. Amen dico tibi non exies inde: donec etiam novissimum minutum reddas.

in via da operam liberari ab illo. Quod dicit. Cum ambulat te adversarius ad iudicium: Da operam. id est omnibus modis excogites ut absolvaris ab illo. Vel: Da operam. id est et si inde habeas: mutuum accipe ut absolvaris ab eo. ne te coram iudice condempnat. Unde sequitur. Ne forte trahat te ad iudicem et iudex tradat exactori et exactor mittat te in carcerem. Cyrillus. In quo angustias patieris donec novissimum assem exigetur. Et hoc est quod subdit. Dico tibi non exibis inde donec et novissimum minutum reddas. Criso. Videtur mihi de presentibus iudicibus dicere et de iudicio ad presens iudicium et de carcere huius mundi. Per hec enim que apparent et in promptu sunt: irrationabiles homines se corrigere consueverunt. Frequenter enim non solum ex futuris bonis vel malis commonet: sed et ex presentibus propter grossiores auditores. Ambr. Vel adversarius noster diabolus est qui serit illecebras delictorum: ut habeat in supplicio participes: quos habuit in errore consortes. Adversarius et noster est omnis motus vitiorum. Denique adversaria est nobis mala conscientia que nos et hic afficit et in futurum accusabit et prodet. Demus igitur operam ut dum in hoc sumus vite curriculo constituti: tamquam a malo adversario: ita ab ipso liberemur actu. ne dum nos cum adversario ad magistratum in via: mens non condempnet errorem. Quis autem est magistratus nisi penes quem omnis potestas est: Hic autem magistratus tradit reum iudici ei scilicet cui vivorum et mortuorum tribuit potestatem scilicet Ihesu Christo per quem occulta redarguuntur et improbi operis pena mandatur. Ipse exactori tradit et in carcerem mittit. Dicit enim. Tollite et mittite illum in tenebras exteriores. Exactores suos monstrat esse angelos: de quibus dicit. Exibunt angeli et separabunt malos de medio iustorum. et mittent eos in caminum ignis. Sed subdit. Dico tibi non exies inde: donec et novissimum minutum reddas. Sicut enim qui pecuniam solverit non prius evacuat fenoris nomen quam totius sortis usque ad minimum quoque solvendi genere quantitas universa solvatur. Sic compensatione caritatis actuumque reliquorum vel satisfactione quarumque peccati pena dissolvitur. Origenes. Vel aliter. Quatuor personas hic posuit. adversarium. principis. iudicis. exactoris scilicet. Apud matheum vero persona principis pretermissa est principis. et pro exactore minister incertus. Discrepat et quia ille quadrantem: iste minutum posuit. Verumque autem dixit. Novissimum. Cunctis autem hominibus duos angelos adesse legimus. malum qui adversa exhortatur. bonum qui optimum persuadet. Ille autem adversarius noster qui accusatus peccatis nostris exultat. sciens quia habeat potentiam apud principem seculi huius qui se voluerat exultandi et glorandi. Cum articulo autem in greco eum posuit: ut ex pluribus unum monstraret. quia nos quicumque sub sunt gentis est principe. Da igitur operam ut liberis ab adversario tuo sive a principe ad quem de adversariis tribuit. habendo sapientiam. iusticiam. fortitudinem. et temperantiam. Si autem dedis operam: esto in eo qui dicit. Ego sum via. Aliquando trahunt te adversarii ad iudicem. Dicit autem. Trahit. ut ostendat nolentes ad condempnationem compelli. Iudicem autem nescio alium nisi dominum Ihesum Christum. quem